



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XI. Markgraf Ludwig befreiet die Stadt Nörenberg auf 4 Jahre von der  
Urbede, am 12. September 1335.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

die genant sint, vñ allir menghelich zv allen sinen notin an geuerde getreulich helfin vnd gewartin fullin, als ein jellich biderman sinim herrin bildichin helfin vnd gewartin sol etc. —

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

NB. Die Urkunde ist in dem Copialbuche nicht mit Datum versehen, daher werden sie Cod. I, 258 dem J. 1335 zueigete. Sie stimmt jedoch wörtlich mit der vorstehenden überein und wird daher auch wohl gleichzeitig angesetzt sein.

IX. Markgraf Ludwig belehnt die von Jagow mit dem Städtchen Schiltberg, wie Heinrich von Wedel „Anesel“ es besessen hat, am 5. März 1334.

Anno eodem (1334) Sabbato ante Letare in Prizwalg, Contulimus strenuo viro Henningo de Iagowe, dapifero nostro, mathie et Arnolde fratribus, dictis de Iagowe, manu coniuncta seu coadunata ipforumque veris et legitimis heredibus opidum dictum Schiltberg cum iure patronatus ecclesie, cum supremo et infimo iudicio et cum vniuersis ceteris suis iuribus, eidem opido ex antiquo pertinentibus, et sub eisdem modis et conditionibus, quibus prenotatum opidum strenuus vir Henricus de wedil, dictus Anesel, possedit et habuit, quiete et pacifice possidendum, iuribus tamen nostris reseruatis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.) No. XI.

X. Markgraf Ludwig belehnt B. Kurow mit dem Schulzenamte zu Gallies, am 10. April 1335.

In Turglo anno eodem, feria VI festi pasche, contulimus B. kurow et suis heredibus iusto feodi titulo officium prefecture in kaliz cum quatuor mansis ibidem et cum nouem iugeribus, qui dicuntur burgerlant, nec non tercium denarium in censu perciali possidendum, cum omni iure, libertate et commodo, sicut ipsius B. antecessores possederunt, iuribus nostris saluis.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 24, No. XIII.

XI. Markgraf Ludwig befreiet die Stadt Nörenberg auf 4 Jahre von der Urbede, am 12. September 1335.

Anno eodem, feria III<sup>a</sup> infra octauam Natiuitatis beate virginis. Ludouicus etc. Ciuibus in Nürenberg gratiam suam et omne bonum. Propter fidelitatis vestre in vobis conperte sepis

approbatam constantiam, vos ex benivolentia mentis nostre, beneficio libertationis et singularis gratie decreuimus circumplecti, vosque communiter libertamus et libertare decernimus a festo Natiuitatis domini proxime venientis per quatuor annos continuos a pensione siue exactione annua nobis debenda, sic quod ipsam, premillis annis durantibus neque nobis neque ulli nostri nomine dare teneamini, sed solum vestris et etiam ciuitatis predictae vobis, ubi necesse fuerit, applicare. Datum Soldin etc.

Aus einem Copialbuche des Geheimen Staatsarchives (L. C. 4 in quarto).

XII. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Callies zu ihrer bessern Befestigung auf drei Jahre ihre Abgaben, am 24. März 1336.

Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX sexto, die palmarum, in vrankenfuord, Ludovicus etc. ciuibus in kaliz gratiam suam etc. Intuentes et diligenti consideracione pensantes egestatem et defectus, quos vobis ex certificis veridicorum relacionibus percipimus et etiam oculata fide cognouimus imminere, vniuersitati vestre hanc gratiam facere decreuimus singularem, videlicet quod nobis neque vlli officiorum nostrorum ad solutionem pensionis siue contribucionis annue et solite a festo beati Michaelis proxime veniente per tres annos continuos teneamini, sed quod ipsam pensionem nobis debitam in vtilitates et munimenta ipsius ciuitatis probabilia et euidentia conuertatis. In cuius etc.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg, Bl. 25, No. XIII.

XIII. Markgraf Ludwig verleiht der Gattin Hennings von Wedel, Catharina, ein Leibgedinge, am 16. Juli 1336.

Anno domini M. Trecentesimo tricesimo sexto, in Crastino diuisionis apostolorum beatorum Ludouicus etc. Contulimus et presentibus conferimus honeste matrone Katherine, conthorali legitime strenui viri Henningi de Wedele, dilecti nostri fidelis, veri dotaliti nomine, quinquaginta frusta denariorum Brandenburgensium annuorum reddituum in villa naticow sita cum omnibus iuribus, commodis, libertatibus et honoribus, sicut dictos redditus Henningus predictus dinoscitur possedisse. Dantes quoque sibi dilectum nostrum Haffonem de Wedel seniore pro inuestitore, vt ipsam, dum petierit, in dictorum reddituum corporalem possessionem ducat, mora qualibet quiescente. In cuius etc. Testes vero sunt Io. Buch, Ludewich Wedel, miles, Haffo de Wedel, Tydeko de Brederlo.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (L. Cod. 4 in qu.) No. XIII.